



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

V. Donatio ad sponsam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

IV. VENDITIO DE SERVO  
ad Ecclesiam.

**B**Reue in vicem venditionis.  
Qualiter vendidit homo aliquis, nomine ille, ad Ecclesiam aliquam, nomine illam, vernaculum suum, nomine illum, à die præsentis, non furem, non fugitiuum, non caduium, nec vllum vitium in se habentem, sed in omni corpore scimus eum sanum vsque ad annum & diem, & sicut superius factum est.

V. DONATIO AD SPONSAM.

**D**Vm Dominus ab initio concessit in veteri testamento, & præcepit vt relinquat homo patrem & matrem & adhæreat suæ vxori, vt sint duo in carne vna, & quod Dominus coniunxit homo non separet, Ego enim in Dei nomine ille, dulcissimæ coniugis meæ illi. Dum

& ego te per solidum & denarium  
secundum legem Salicam visus fui  
sponsare, ideo in ipsa amoris dulce-  
dine, dabo ergo tibi à die præfente,  
quod in perpetuum volo esse man-  
surum, rem pro portione mea in lo-  
co nuncupante illo, qui est in pago  
illo, quæ de parte parentum meo-  
rum ad me legibus obuenit, hoc est  
in ipsa portione, mansis ad comma-  
nendum, cum casticiis supraposi-  
tis, terris arabilibus, & mancipiis,  
vel quicquid in ipsa portione est  
aspectum, tibi dico esse donatum,  
atque firmatum; vt quando die fœ-  
licissimo nuptiarum insimul nos  
Deus coniunxerit, ista omnia supe-  
rius conscripta in tua permaneant  
dominatione ad possidendum. Si  
quis vero, &c.